Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift



204
principale incenset altare. & portet incensum ad omnes fratres infra
& extra choque. Ad hoc sacerdotem quem uoluerit. inuitat idem apo
crisiarius. faciens ei signum de incenso. Item ad nocturnos in precipuis
festis quando tria diuersi coloris pallia ponuntur super maius altare. ipse
si aliter potest cum suffraganeo suo aufert singula singillatim. scilicet
ad Gloriam. iiii. & viii. Regum. & in eo loco ubi auctoque expositionis
Omelie nominatur. Quo loco semper etiam in xii. l. altaris tabula
detegit. huc usque panno cooperta. Accipit & textum euglii de al
tari & portat ad uestiarium. ibique lumine accenso. sacerdotem ad
altare precedentem subsequitur. usque in prebium. Ibi sinistrorsum cerofe
rario astat. donec sacerdos de altari ad analogium peruenerit.
librumque aperuerit. & tunc illi lumen cum manus osculatione porrigit.
quod tamen ebdomadarius eius adiutorque finita oratione absque osculo ab eo recipit.
Sacrista autem perlecto euglio signoque restes deponit. finitaque
collata ad Pater dominum. scillam trahit. Qua dimissa. dum sacerdos ma
tutina uel imposita. de analogio reuertitur. euglii textum de
manu eius accipit. & super altare reponit. In priuatis noctibus quando
mox matutini nocturnos secuntur. & familiaris psalmi non subiun
guntur. finita collata. & dicto Domino gratias. ad matutinam uel pulsat. si uero
adiunguntur. ad Pater dominum. n. sequentis collecte pulsare incipit.
Interuallum hiemale ita debet temperare. ut claustralis prior
cum absconsa totum claustrum possit circuire. Signo quoque ma
tutinali talis cautio ab eo debet adhiberi. ut post matutinam uel in
choata prima lux diei aperte ualeat uideri. Quod si quando non ob
seruatur. prima tamen cum ceteris ad eam pertinentibus non differtur. In tali
festiuitate inquam cum duobus thuribulis est incensandum. si dominus abba
non cantauerit uespere. & matutinam. sed sacerdos ebdomadarius. quia tunc cum eo incen